



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

XII. Peccata Mortalia Mercatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

accepi munera, ne munus rectè exercerem, graui exorta læsione: læsores agrorum non accusaui: accusato reo, pro mercede exhibita, ab accusatione recessi: iniuste ex odii effectu proximum innocentem accusare veritus non sum: communes montes ob quæstus spem committit diffimulati

pentes

toties.

CAPVT XII.

De Peccatis mortalibus Mercatorum.

§. 1. Mercatoris praxis.

ob dilata solutione

43. **V**ndenam Mercatores peccato lethali illicantur: Venum, aut prohibita quæque ex suspitione prauis vsus vendidi: in animi præparatione vixi, vt quodcumque pretium iniustum potuerim exquirere ab emptore, non præmitterem: anticipata solutione emi, quod tradendum erat postea ^{in pra} infimum pretium: ultra supremum vendidi, quod post tempus soluendum esset: hostibus Christicolarum bellica vendendi instrumenta, munitiones, &c. Mercium grauem occultum defectum non aperui: pondus, & mensuram grauius imminui, in præparatione animi sui leuiter sæpe defraudare, vnde grauis Reipublicæ iniuria resultat: in emptorum iniuriam Monopolium iniustum constitui, non ^{intra} vendendas merces, nisi exhibitio pretio: merces cunctas mihi comparauit, immoderato quæstu pro libito vendendas: minori pretio ab eo, qui merces non agnouit, emi, & carioris vendidi ignorantibus: versuram feci, vendendo pretio maiori soluendo in futurum, quod mox redemi exhibitio pretio minori: aliquid vendidi valoris deterioris pro alio, aut qualitatis, aut durationis & utilitatis: merces veteres, exhalatas, & inutiles bonis admiscui, vt eodem pretio venderem vtraque: in ita societate, socios grauius læsi, infideliter gerendo ministerium: societatis fictitiæ ini contractus palliata vsura: iniuste assecurationes capitalis & lucris factæ sunt mea iniquitate: iusta tributa defraudaui: tempore debito non solui graui damno creditoris, qui protestationem incommodi gessit: mercibus solui, quod pecunia soluere debebam, contra creditoris voluntatem: læso iure, aut consuetudine diebus festis emi, & vendidi publicè: Ecclesiam irreuerentia graui domum feci mercaturæ: iuraui falsò, me tanto pretio merces emisse, quam credulus mercator eodem, aut maiori grauius quidem læsus acquirit: in concursu mercatorum

num ad aliquas merces comparandas licitatus sum fictè, vt alter affectus ad merces cariùs pretio emeret: dubitans de iustitia contractus ausus sum perficere: prauis contractibus operam adhibui: furtiuum comparauì, aut dubius quidem non prius de venditionis iustitia periculum feci: vendens ex commissione cariùs vendidi, quàm imperarer, excessu pretij mihi asseruato: quia iniusto quæstui indulgere curauì, merces non sunt venditæ commissæ, quæ postea aut periere, aut deteriores sunt effectæ *toties*.

44. *Crimina letha'ia exprime eorum, qui ad mercium consumptionem emptores quarunt, & alienas merces offerunt.* Con- §. 2. *Procura-*
tractum vsurarium fieri curauì, eique opem tuli: mercem *toris mer-*
mihi emi, vnde non requisui alium emptorem, qui pretio ma- *cium.*
iori acciperet: affirmavi non adesse emptorem, qui è tanto pretio excederet, mihi graui excessu reseruato: iniustas vsuras, quod Hispanicè exposuero *Mohatras*, promouì: cambio-
num siccorum contractus excitavi *toties*.

CAPVT XIII.

De Peccatis grauib. Artificum.

45. *Q*uandonam delinquat Argentarius? Æs vile pro au- §. 1. *Argeta-*
ro, aut argento vendidi: auro aut argento plus vilis *rij pra-*
æris admiscui, quàm ars exigit: emptoribus non declaravi *xis.*
admixtum, aut pretium non imminui: ex furto mala fide
aliquid emi: monetam conflaui; conflata imminui effeci,
ære sublato: communem lapillum pro pretioso vendidi, aut
pretiosum emi pro vili: gemmas super aurum non colloca-
ui, sed super æs vile, dum eidem ponderi vtrumque erat addi-
endum: deauravi, aut argentaui contra legis præscriptum
villioris æris monetam: aurum non debito valore elaborari
effeci *toties*.

46. *Bibliopola indica graues transgressiones.* Libros alte- §. 2. *Bibliopo-*
rius Regionis vbi fides non viget, cum periculo suspecta do- *la.*
ctrinæ asportavi, vendidi, aut venales exposui: allatis è Re-
gno extraneo libris, operis auctorem, qui in Hispania edidit,
impediui, quo minus volumina vendere valeret, aut immi-
nui pretium effeci: libros prohibitos vendi curavi; aut la-
sciuos tractatus, qui graue nocumentum afferre assolent;
aut sine auctore librum vendendum assumpsi: defectuosum
librum